

1715.

1. Greiner, Franciscus Augustinus Sobat: *No in cessione
principum et illustrium personarum lege, vel
pacto obveniente.* 2 Bandl. 1715 - 1736.

3. Meier, Iohannes Henricus, Freust. juris tric decanus?
l. b. s. /as oppositionem in ang. Ioh. Christiani
Velsdii invitata).

4. Meier, Dr. Henricus. *De mortalitate actionum
iuriarum, aliorumque remediorum co-pon-
tinentium.*

5. ^{ab} Meier, Dr. Henricus. *Dissertatio in ang. iuridice
sive de jura impotorum.*

6. Meyer, Joh. Henricus. *De prerogativa, quae
in jure generali foeminae praemarris.*

7. Otto Henricus Tischerius. *De ratificatione nullitatione
extra iurisdictionis in causis matrimonialiibus.*

8. Reuschius, Erhardo: Dissertatio iuris. ad l. m. C.
non lic. habitat. metropolitana loca sua ad extram
transire.

9. Streit, Ioh. Philipp, Facult. iuri. decanus (l. b. s.)
(ad Dissertationem iuris Thom. Wagneri iurata)

10. Streit, Ioh. Philipp, Facult. iuri. decanus (l. b. s.) (ad
Dissertationem iuris Ioh. W. Weissii iurata)

11. Streit, James Philippus: De fore competitorie

12. Wagner, Thomas: De beneficii sine homicidii
per venenum attentati in casa ubi mors non
ipsa secunda poena capitali exemplo casu
specialis coram Praefectura Lipsiensi reprobata.

1716.

1. Streit, James Philippus: De aletaria feudi investiture
Oras II feud 2 prof

2. Eysclies, Joannes Philippus : De febri syncopali.
3. Eysclies, Joannes Philippus : De febre astheni.
4. Hartmann, Johannes Choropterus : De pachis dolibus.
in vim contractas irritis
5. Hoffmannus, Christianus Gottlieb : De mandato praesumto ex lege descendente occas. &c. 2. lit. 7. ord.
processus Iur.
6. Kretz, Joannes Philippus : De iure capidum terminarium
7. Molitor, Urbanus Fraccius Jacobus : Quae in Turicis
dicunt.
8. Post, Hermannus : De Divinis imperatorum titulis
etimologicis originis.
9. Rishorth, Tabius Jacobus : De iure proprium persequi
interesse, cum dominus provincias.

10. II. Schirkart, Tobias Jacobus : De transmissione actionum
jure, ejusve abso. 2 Sept. 1716 : 1727

11. 12. Reinhart, Tobias Jacobus : De transmissione
actionum jure, ejusve abso. 2 Sept. 1716 : 1727

13. Thiel, Joannes Philippus, Facult. juridical Decanus:
1. b. s. (ad ripulationem in ang. Oberlaes
Gothicli Hoffmanni invitat)

14. Thiel, Joannes Philippus, Facult. juridical Decanus:
1. b. s. (ad ripulationem in ang. Jacobi Martinii
Tobocci invitat)

15. Thiel, Joannes Philippus, Facult. juridical Decanus : 11.
1. b. s. (ad ripulationem in ang. Gottlieb Prochii
invitat)

16. Thiel, Joannes Philippus : Annotur, cui statuto locali
ex suis et deponit: marts bonis certa portio habebatur
hanc punit reprobare et illata reprobare?

1716.

17. Stein, Joannes Philippus: Reappellationes reciperantur
ad non.

18. Tengelt, Emelius, Facult. iuridicae decanus: 1. b. s.
(ad Disputationem in ang. Thomae Philippi Talmanni
inventis)

19. Tengelt, Emelius, Facult. iuridicae decanus: 1. b. s.
(ad Disputationem in ang. H. G. Baum. Franco. Facoltatis
Loris inventis)

20. Tengelt, Emelius; Facult. iuridicae decanus: 1. b. s.
(ad Disputationem in ang. Andrei Prokletii inventis)

21. Tengelt, Emelius, Facult. iuridicae decanus. 1. b. s.
(ad Disputationem in ang. Lukiani Antonii Gehui
inventis).


22. Tengelt, Emelius: De Advocati iusto circa causam
ijsorum patricium

1716

23. Tongelt, Ernestus: *De doletibus ecclesiarum Vra
Pfarr - doleten.*

24. Tongelt, Ernestus: *de jure iurando in litibus*

25. Tongelt, Ernestus: *de documentorum recognitione*



8213

3


1715, 3

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS ET SENIOR,
JOHANNES
HENRICUS
Weier / JC TUS,

ELECTORALIS REGIMINIS ERFURT. CONSILIA-
RIUS, DECRETAL. PROF. PUBL. JUDICII
PROVINCIALIS ASSESSOR PRIMARIUS

L. B. S.

ERFORDIAE,
TYPIS GROSCHIANIS, ACAD. TYPOGR.



M Andatum, etiam apud nostros raro à verbis, sed magis à re ipsâ varietatem asfumit significationis & frequentius in usu Juris contractum denotat, qui bonæ fidei audit, quod de Juris apicibus non contenditur, neque in Judicio scrupulosos disputationis ritus admittit. l. 29. §.
4. ff. mandat. quamvis sit strictæ formæ, non eo sensu, quod ex adjectis nihil continere possit, sed quia illa ab initio statui debet cujuscunque contractus; hinc pro regula in hoc negotio non uno Juris textu traditur, mandati fines esse diligenter servandos; propter quam rationem Mandatarius ad exactissimam diligentiam adstringitur, magis quam ob spontaneam functionis oblationem, cuius saltem causâ tam arctè obstringitur negotiorum gestor; diversum enim hoc est in Mandatario, qui se non ita offert, ut iste, sed mandatum præcedente mandantis rogatione ex officio & amicitia suscipit, l. i. §. ult. dict. tit. & sese ad tantam obligat diligentiam,

tiam , stricteque ipsi tenendi sunt conventionis fines ; etenim mandato repugnat excessus & fines excedens, à certa mandati formâ aberrando, aliud quid agere intelligitur, *I.5. ff. d. tit.* Hinc , si pluris emisset Mandatarius, quâm emi mandatum eidem fuisset , mandati agere non potest, etiam si, quanti pluris emisset , remittere esset paratus , inquam opinionem Cujacius *II. O. 34.* & Donellus *lib. 13.* *Comm. Jur Civ. Cap. 12.* inclinant, durâ equidem sententia longeque à contractus bonæ fidei naturâ discedente. Neque tamen simpliciter assentendum Perezio *ad tit. Cod. mandat. n. 4.* contendit, ratione excessus non denegandam mandatario utilem negotiorum gestorum actionem, si hic consulere voluerit mandanti ; attamen quod specialiter præscriptum est , merito loco prohibitonis, si illud in diversam fiat partem, habendum est ; voluntas enim , ut ait JCtus in *I.31. §. 4. ff. de negot. gest. finem* facit erogationis. Haut tamen mandata, ut tradit Argentre. *ad Confvet. Britan. ar. 96. sub not. 12.* cum Baldo, omnia sunt unius generis, nec secundum suprà formatam regulam universaliter & præcisè intelligenda , ut nihil omnino extra mandatum liceat ; verùm illud ex necessario, utili , connexo , antecedentibus & consequentibus metiendum est. Ut autem mandatario actio competit contraria , necessum est , ut is prius mandatum

tum adimpleat l. 4. ff. de condic^t. indeb. & L. 10.
Cod. mandat. ubi in specie agitur de fidejussore, an
convenire posit Debitorem etiam antequam pro
eodem solverit, de quo casu, post regulam, in ea-
dem l. 10. *Cod. confirmatam*, etiam species propo-
nuntur, in quibus id permisum est, de quibus fusè
tractabit Nobilis & Clarissimus

DN. JOHANNES CHRISTIA- NUS OELSELIUS;

Hic, ut ejus vitæ hucusque cursum exponamus, in
lucem editus est Luccaviæ, quæ inferioris Lusatiaæ
Metropolis est, anno nimurum M. DCLXXXIX. d.
23. Octobr. V. St. Patre, Viro quondam Consultissi-
mo *CHRISTOPHORO OELSELIO*, Rei-
publicæ Luccaviensis Consule, optimè de Patriâ
merito, atque Redituum Generalium Co-Inspe-
ctore, coelitus jam adscripto; Matre verò Ma-
tronâ honestissimâ, *ANNA MARGARE-*
THA, Viri Amplissimi *BALTHASARIS ADAMI*,
Consulis olim Luccaviæ, juxtâ & Redituum facra-
rum Praefecti, Filia. Horum Parentum piorum
curâ statim sacro baptismi fonte lavatus, & eo,
quo par est, pietatis cultu educatus, nomen à te-
neris ungivculis studiis dedit, inque Ludo patrio,
sub fidei manuductione *M. Christiani Crucia-*
ni, tunc temporis Rectoris incliti; nec non *Dn.*

Christiani Schildknechtii, Con-Rectoris, prima ru-
dimenta hausit; ut autem Istius profectuum major
haberetur ratio, Parentum indultu, anno MDCCVI.
illustre, quod Torgaviæ floret, Lycéum adiit, &
præclarorum Virorum *M. Godofredi Steinbreche-ri*, Rectoris, *Petri Pauli Fecknovii*, Con-Rectoris,
& *Christophori Rostenscheri*, Sub-Rectoris, so-
lidissimis Institutionibus per aliquot temporis spa-
tium, haud sine emolumento, usus est, donec ab
hisce laudatis Praeceptoribus ad studia Academica
idoneus judicatus fuerit; anno igitur M. DCCVIII.
d. 7. Augusti Parentum jussu svasuque Viri Summè
Reverendi atque Amplissimi *Dn. Johannis Christiani Adami*, S.S. Theol. Doctor. celeberrimi, o-
mnis Lusatiae inferioris Dioeceseos Superintenden-
tis Generalis, Consistorii Ecclesiastici Assessor. &
apud Lubenenses Pastor. primarii atque Inspecto-
ris Scholæ longè meritissimi, Patruelis ac Suscep-
ptoris sui, Parentis loco æternùm venerandi, Ly-
céo Torgaviensi Oratione quadam solenni valedi-
xit, & ad inclytam Academiam Vitembergensem
fese contulit, in quo bonarum artium disciplina-
rumque mercatu, beati Parentis vestigia secutus
totum se studio Juridico mancipavit; antè tamen
hic celeberrimos Doctores atque Professores,
Schurzfleischium, *Klausingium* & *Brendelium*,
Philosophica, tam publicè, quam privatim tractan-
tes

tes diligenter auscultavit ; deinde verò **Magnificum**
Dn. Wernherum, Consil. Aulicum atque Profess.
Publ.; nec non famigeratiss. JCtum **Dn. Griebnerum**, P.P. uti & jam memoratum **Dn. Brendelium**, J.U.D. & P.P. Extraord: hunc privatos inter
parietes, illos verò publicè principia legitimæ scien-
tiæ solidè explanantes frequentavit, & ab illorum
ore sedulò pependit; Hiscè feliciter rejectis, à faci-
lioribus gradatim ad difficiliora progressus, & non
solùm laudato **Brendelio** Jurisprudentiam Struvia-
nam Romano-Germanico forensem explicanti, sed
& Consultissimo **Dn. Augustino Lysero**, J.U.D.
& P.P. Extraord. Compendium Lauterbachianum;
Jurisprudentiam naturalem; officiumque hominis
& civis, ad methodum Puffendorfianam, & Brun-
nemanni Examen Juris publici, tradenti perpetuò
adhæsit; nec non Scholis privatis prælaudati **Dn.**
Wehrneri, quibus in explicando Jure Feudali at-
que Ordinatione Processus Saxonici occupabatur,
assiduè interfuit. Hiscè ritè peractis ad patrios la-
res redux à Per-Illustri Viro, **Dn. Hartmanno Pe-**
tro de Haberkorn, Dynastà in Hohendorff, Sellendorff,
Borau &c. Supremi Marchionatus inferio-
ris Lusatiae Regiminis Consiliario, Consistoriique
Ducalis Directore gravissimo, Domino suo gra-
tioso, Notariatus officium obtinuit, partesque A-
ctuarii in diversis Commissionibus sustinuit, nec
non

non in Judiciis Luccaviensibus ea, quæ in Lecti-
nibus Academicis hausit, hactenus ad facta pro
viribus applicuit. Tandem Amicorum hortatu
Academicos honores ambire animum in luxit, e-
umque in finem nostram, pro obtinendo scopo, o-
ptavit Facultatem, quam proptera modestè inter-
pellavit, ut pro Examine, quod rigorosum vocant,
habendo Ipsi Juris Canonici & Civilis designaren-
tur Textus, quorum enodationem huic præmitte-
ret; precibus Facultas annuit, & cum Ipso pe-
riculum eruditionis fecit atque in Examine vires e-
jusdem exploravit, quod fortiter sustinuit, & ad
quæsita legitimè respondit, sic ut unanimis votis in
Candidatorum Album receptus fuerit. Quò autem
ulterius satisfiat Statutis, Ipsi restant publica Spe-
cimina, puta Cursoria Lectio & Inauguralis Di-
sputatio; illi idcirco destinata est dies proxima X.
Maji loc. confvet. Disputationem verò Ipse Can-
datus publicè intimaturus est: Ut autem Magnif.
Dn. Pro-Rector, atque Proceres Universitatis nec
non strenui Juris Cultores hisce solennibus Acti-
bus interesse velint, officiosè & humaniter invi-
tantur, rogantur. Publ. sub Sigillo Facult. Jurid.
Dom. Miseric. Dom. 5. Maji 1715.

(L. S.)

ULB Halle

001 972 26X

3



5,6,



IS JURIDICÆ
ET SENIOR,
ANNES
RICUS
JC^{TUS},

ERFFURT. CONSILIA
PROF. PUBL. JUDICII
SESSOR PRIMARIUS

B. S.

ORDIÆ,
ANIS, ACAD. TYPogr.